III. Hannibal de LEO, de quo dixi *unterital. Dial.* p. 60, archipresbyter primum, deinde archiepiscopus Brundisinus ad finem usque saec. XVIII, una cum fratre Hortensio egregiam curam egit lapidum scriptorum Brundisinorum. Nam primum eos per multos annos collegit collectosque in bibliotheca publica a se instituta adservari iussit; quo museo inter belli Gallici turbas dissipato alii perierunt, alii hodie servantur in villa baronis Villanova in portus Brundisini ripa oppido opposita ibi a me a. 1846 descripti. Deinde diligenter et eos lapides et quos praeterea offendisset in schedas rettulit, quas versavi partim Brundisii in bibliotheca publica, partim Romae in Vaticana, ubi quae Leones miserunt Caietano Migliori Romam, hodie servantur in codice 9143 f. 152. 166′ inter adversaria Lupiana. Profecta sunt ex his Leonum laboribus Brundisina edita cum in ephemeride q. d. *Novelle fiorentine* 1784 p. 390 sq. in epitome commentariorum Brundisinorum a Leone scriptorum tum per Emanuelem MOLAM in eph. q. d. *Giornale letterario di Napoli* a. 1798 m. Ian. et Febr. sub titulo *serie di antiche iscrizioni i cui originali serbansi murati nella fronte della Biblioteca dell' Arcidiacono D. Annibale de Leo di Brindisi.* Mola complures titulos edidit, qui in schedis non reperiuntur; sed schedae quoque Leonianae non Vaticanae, sed Brundisinae habent quae absunt a Mola. Edita a Mola quis descripserit ignoro; sed tam qui descripsit quam qui edidit perita diligentia officio functi sunt. Leonis autem liber post mortem editus *dell' antichissima città di Brindisi e suo celebre porto* (Neapoli 1846. 8.) novi nihil suppeditavit.

IV. Titulos quosdam sepulcrales repertos Brundisii a. 1846, cum portus ibi denuo effodi coeptus est, missos esse Neapolim et illatos in museum SANTANGELANUM auctor mihi est Tarantinius. Sed cum exemplum eorum titulorum non habeam, Santangelanos magis placuit relinquere omnes in Neapolitanis.

V. Iohannes TARANTINI hodie archidiaconus Brundisinus indefesso studio summaque liberalitate haec nostra quantopere auxerit ex adnotationibus perspicietur. Museum quoque publicum iam denuo ipsius auspiciis ibi conditur ad S. Iohannis.

VI. Brundisium ego adii a. 1846, adierunt nuper Nissenus et a. 1874 iussu meo Kaibel.

32 [=450] Brundisii in aedibus fratrum Carmelitanorum.

GENIO
DECVRION
ET POPVLI
T · POLLIONIV*s*
T · F · LAETITIA
*ex a*V*r*I LIBRA
IN AVGVRAT*u*
GRATV*it* · SIB*i*
DEL*ato cu*M · LIB
et FAMIL PVB

Leo ms. Brund.; *Nov. Fior.* 1784, 390; Henzen 5777 ex ed. I.

4 POLLIONIV de Leo, POLLONIV Nov. — 6 . . . VII LIBRA Leo Nov. — 8 GRATVM iidem. — 9 DEL om. Nov. — 10 H·FAMIL· de Leo, H·FAM Nov.

33 Brundisii in portu rep., est ibi apud Tarantinium.

IMPERIO
ATILA · DIONYSIA

Misit Tarantinius a. 1874, recognovit Kaibel.

34 [=451] Brundisii in hospitio publico prope eccl. metropolitanam in marmore florida corona cernebatur cum his litteris, quae extant in orientali hospitii parte; corona interiit CASIM.

C · IVLIO · CAESARI
PONT · MAX
PATRI · PATRIAE

Servavit Casimirus ms. (inde Scarfò apud Mur. ms. 18, 224, ed. 219, 3; Orelli 581). Pratilli p. 552.

D·D in fine addidit Pratillius. — Quod pater patriae Caesar hic dicitur ut apud Suet. Caes. 76, non parens patriae, ut in nummis Eckhel VI p. 9, non sufficit ut cum Orellio inscriptionem ab optimo auctore prolatam spuriam reputemus; etsi vehementer desideratur imperatoris et dictatoris adiectio.

35 [=452] litteris magnis et bonis. Brundisii hodie in hortis fratrum de Giulio KAIB.

druso cae|SARI · TI · AVG · F
diui aug. n. di|VI · IVLI · PRO · N
pontifici augu|RI · SODAL · AVGVSTA^L
tr. pot. ii. cos. ii| PVBLICE

Contulit Kaibel. Leo Vat. 9143′ f. 166′ et *della città di Brindisi* p. 50; Mola *giornale letterario.*

Quae desunt legebantur in lapide altero collocato olim iuxta hunc, qui integer est. — 3 RI Leo (ms.) et Kaib., VRI Mola. — 4 in. |‾ Kaib., IT Mola, om. Leo.

36 [=453] basis arae; pars aversa facta est ex capitello Corinthiaco KAIB. Apud Brundisium in insulae Alphonsinae scopulo CASIM. Hodie in domo quae fuit de Leo.

TRAIANO · AVG
GERM · DAC · PON*t*
MAX · TRIB · POT · $\overline{XI}$ · IM*p*
$\overline{VI}$ · COS · $\overline{V}$ · P · P p. Chr. 108
C · FVLVIVS · HERMAE · LIB
EPITYNCHANVS · EX · D · D
OB · HONOR · AVGVSTAL

Contulit Kaibel indicatam sibi a Tarantinio. Casimirus ms. (inde Scarfò apud Mur. ms. 18, 224, ed. 231, 1); Mola *G. L.* 1798 ex lapide. Pratillius p. 553 supplevit; item supplevit Lezzi *Giorn. lett.* vol. 94 p. 65 praemittens IMP· CAESARI | DIVI·NERVAE·F·NERVAE|.

37 [=454] Brundisii rep. 12 Mai. 1736 in domo Montanerorum, dum ibi pavimentum sternitur SCARFÒ. Adhuc in iisdem aedibus.

IMP · CAESARI · DIVI
NERVAE · F · NERVAE
TRAIANO · AVG · GER
DACI · PONT · MAX · TR
POT · XIV · IMP · VI · COS · V·P·P p.Chr. 110/1
BRVNDISINI · DECVRIONES
ET · MVNICIPES

Descripsi. P. Scarfò apud Mur. ms. 18, 224, ed. 1104, 2 ex lapide; Pratilli p. 552; Mola *G. L.*

Pertinet ad viam Traianam hoc anno perfectam.

38 [=455] Brundisii in ara S. Demetrii.

PRO · SALVTE · IMP · M
AVRELII · ANTONINI · PII
. . . .

Casimirus ms. (inde Scarfò apud Mur. ms. 18, 224, ed. 239, 5). Pratillius p. 553.

Addidit Pratillius tertium versum AVGVSTI· PARTH·P·P

39 [=456] Brundisii in ara divi Dionysii CAS.

DIS · MANIBVS
C · LAECANI · C · F
SAB · BASSI · CAECINAE
FLACCI
$\overline{III}$ · VIR · A · A · A · F · F
VIXIT · ANN · XIIX

Casimirus ms. (Neap.; abest a Brundisino) et apud Corradum cod. Vat. 5241 p. 566 (inde Manutius orth. 122, 5; Ligorius Taur. 4; Grut. 427, 11 ex Manutio; Don. 5, 85 ex schedis Vaticanis; Gud. 129, 1 e Ligorio; Mur. 712, 5 e Donio). Della Monaca p. 278 fortasse ex lapide.

Vv. divisi ad Corradum; differt della Monaca. — 1 D·M della Mon. — 2 LECANI Cas. (ms.) della Mon. — 3 SEB Cas. (ms.). — CECINAE della Mon., CECINNE Cas. (ms.) — 5 A·A·Æ della Mon. — 6 ANNIS Cas. (ms.).

ad n. 24. Mazochius syll. ms. accepisse videtur descriptam ex Marciano. Explevit titulum adhuc imperfecte editum Sigismundus dux de Castromediano edito commentariolo *la chiesa di S. Maria di Cerrate nel contado di Lecce* (Lecce 1877. 8.) p. 18 sic:

D · M
P · TVTORIVS
P · F · CAMILL
HERMETIANV
DEC · V · A · XII
ET AELIA THETIS
QVAE · V · A · XXXVII
H · S · S
P · TVTORIVS
HILARIANVS
FILIO · DVLCIS
SIMO · ET · VXORI
SANCTISSIMAE

ad n. 25. Ianuarius Parvise dedit A. S. Mazochio recte descriptam.

ad n. 27. Edidit Castromediano *relaz.* 1871 p. 12, legens C·HOSCINIV ... | AOVILA·V·A | LXXXV·PE·T·A | ET·AOVIL... | F·P·B·M

6095 Valesii rep., est Lecce in museo.

PROSDEXIS
V · A · L
H · S · E

Relazione Leccese 1873/4 p. 52.

VII. BRVNDISIVM (p. 8).

ad p. 9 n. III. Sub praescriptione 'Brundusii in museo Hortensii de Leo' A. S. Mazochius in syll. ms. refert titulos n. 35. 49. 53. 55. 58. 62. 66. 91. 93. 125. 133. 138. 153. 160. 172. 176. 197. 198. 206. 265. 270; neque tamen quicquam inde profecimus.

Titulos n. 33. 42. 44. 52. 59. 60. 87. 95. 96. 98. 100. 102. 124. 130. 131. 143. 150. 152. 158. 165. 175. 186. 207 una cum n. 20. 30. 230 Tarantinius edidit in Relatione Leccensi a. 1873/4 p. 47—53; item n. 51. 84. 98. 110. 113. 114. 115. 118. 128. 143. 149. 174. 194. 210 in Relatione a. 1875 (ed. a. 1876) p. 47—50.

ad n. 37. Mazochio dederunt et Ianuarius Parvise Leccensis et a. 1741 Nicolaus Caputi item Leccensis.

ad n. 41. V. 4 esse debuit OETIS·F·ANTIOCHENSIS.

ad n. 51. Tarantinius in ed. citata addit 2 fin. P.

ad n. 71. Ed. Tarantinius apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1880 p. 255.

ad n. 73. Adde Mur. 1630, 10, ubi collocatur Romae.

ad n. 97. Sine loco et male edidit ex schedis Vaticanis Malvasia p. 378, inde pro urbana Mur. 1640, 13. 1782, 38.

ad n. 110. Tarantinius in ed. dedit 1 EVTYCHIVS errore typ., 4 LXXX pro XV.

ad n. 113. Scribendum esse FAONIA postea monuit Tarantinius.

ad n. 118. Tarantinius in ed. legit SECVND|A.

ad n. 128. Tarantinius postea emendavit sic:

. . . .
X L V . . . .
. . . . IVLIVS
C · F · FVFIVS · V · A
XIIII · H · S · SVNT

ad n. 129. Sine loco edidit ex schedis Vaticanis Malvasia p. 231, inde pro urbana Mur. 1696, 4.

ad n. 130. Ed. Tarantinius apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1880 p. 255.

ad n. 133. Sine loco edidit ex schedis Vaticanis Malvasia p. 546, inde pro urbana Mur. 1691, 12.

ad n. 141. Ed. Tarantinius apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1880 p. 501.

ad n. 159. Fabrettius 636, 309 edidit adnectens titulum qui incipit *Paciliae Cn. f.* urbanum et ita collocans Romae in vinea Brunona.

ad n. 175. Rep. Brundisii in fundamentis domus Montagnae teste relatione citata.

ad n. 192. 3 CLYCE exemplum.

ad n. 204. Sine loco edidit ex schedis Vaticanis Malvasia p. 473, inde pro urbana Mur. 1784, 7.

6096 Brundisii.

M · CAESELL*iu*S · M · F
/EMI///S//\CER
IIIIVIR AEDIL
POTEST

Descripsi ad ectypum, sed lectionis parum certae. Ed. Tarantinius apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 72.

6097 Brundisii ad moenia rep.

MARCIA · L · F · QVA
RTILLA · V · A · XXXV
H · S · FVN · LOC · PVBL

Tarantinius apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1880 p. 68.

6098 Brundisii rep. a. 1881 in via qua a foro subpraefecturae itur ad cathedralem ecclesiam; iam in museo.

VS · C · F · NIGER · C
M PRON · IIII · V*ir*
OS EMERV*nt?*

Ectypum misit Tarantinius ediditque apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1881 p. 216.

6099 a Brundisio tertio chil. rep. a. 1881 *nella contrada Paradiso* in fundo dd. Montagna.

ornamenta
L · PACILIVS · TAVR
SAC MTR MGN · ET ·
SVRIAE · DEAE · ET · SAC
ROR · ISIDIS · V · A · LXV
ET · L · PVBLILIVS · AVCTVS
PAER · EIVS · V · A · LXX · ET ·
PVBLILIA · L · L · NICE · MER
EIVS · V · A · C · H · S · S ·

Ectypum misit Tarantinius ediditque apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1881 p. 375.